

Cap. LXIII. De offitio guardarum superguardarum et capitaneorum de nocte.

Ordinamus pro bona custodia civitatis Tergesti quod per
 comune fiat una buleta de ferro, in qua sit sculptum
 signum lancee sancti Sergii de Trigesto, que bulla sit omni 5
 serro parata continue, quando proclamantur supraguarde, quam
 servare debeant capitanei superguardarum. ¶ Que bulla detur
 per hunc modum: videlicet quod duobus primis supraguardis
 qui mittuntur circum circa civitatem ad tentandum custodias
 et vocandum guaitas et postas detur dicta bulla, et cum erunt 10
 in Caboro ad postam Cuchoerile ibidem dictam bullam dimit-
 tere in custodia illorum qui erunt in dicta gaita, et ipsi custo-
 dire debeant dictam bullam; qua bulla sic dimissa, tunc dicte
 supraguarde debeant venire inferius tentando civitatem per
 similem modum, excitando et clamando gaitas ut supra dictum 15
 est, et dum aplicuerint sub logia se presentare debeant capi-
 taneis superguardarum, quibus sic presentatis, ipsi capitanei
 mittere debeant duos alios ex supragardis, qui per eundem
 modum ut primi tentare debeant, et ire pro dicta bulla et eam
 95 A inferius ducere et presentare // capitaneis; qua sic presentata 20
 alios duos mittere debeant cum dicta bulla, modo ut primi duo;
 et dum fuerint reversi, alios duos mittant pro dicta bulla, et
 sic per eundem modum omnes qui erunt supragarde per ro-
 dolum, exceptis captaneis per totam horam noctis sue custodie,
 ita quod primi qui ibunt dimittant buletam ad postam Cu- 25
 choerle, et secundi vadant pro ea; et sic usque ad finem, ita
 quod ultimi duo, qui ire debebunt ad tentandum per modum
 supradictum, ipsam bullam accipere debeant ab ipsis gaitis de
 Chucerla, et ipsam presentare capitaneis predictis, et ipsi capi-
 tanei eam bullam bene servare debeant et ponere in loco ordi- 30
 nato, ita quod omni sero possit haberi; et predicta omnia ser-
 vari debeant per capitaneos et supergardas, sub pena centum
 sold. pro quolibet contrafatiente et ¹⁾ vice qualibet contrafacta.
 ¶ Et quod capitanei supragardarum predicti fiant per hunc

¹⁾ et-*contrafacta* aggiunta marginale.